

Band II., Nr. 320, Seite 32-33

König Konrad III. bestätigt unter ausgedrückten näheren Bestimmungen die von zwei Angehörigen des Klosters Lorch, Konstantin und Giselbert, beschlossene Stiftung des Frauenklosters Lochgarten.

Lorch, 1144. (Juli/September).

(Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Cōnradvs, divina favente clementia Romanorum rex secundus. Religiosorum petitionibus aurem pietatis accommodare et que ad divinum cultum pertinent summo benivolentie studio promovere regie liberalitatis est, cuius honor iudicium diligit, unde in eterna vita condignam bone mercedis retributionem, et in temporalis regni administratione gloriam nobis accrescere confidimus. Eapropter omnium tam futurorum quam presentium noverit industria, qualiter nos quibusdam ad ecclesiam beate Marie in Lorecha pertinentibus, Constantino videlicet et Giselberto, ecclesiam in patrimonio suo edificare permiserimus: ita videlicet ut ibidem ordo informaretur sanctimonialium tantum secundum regulam beati Augustini viventium. Quod fieri non posse cognovimus sine permissione ducis Friderici^a et filii eius Friderici, supradicte ecclesie beate Marie in Lorecha advocatis; ut ratum absque omni contradictione permaneret, per manus utrorumque et, quantum ad canonicos eiusdem ecclesie, consensu etiam ipsorum stabilitum est. Preterea, ne ecclesia beate Marie in Lorecha detrimentum in hac re aliquo modo pateretur, statuimus ut ecclesia in Locarden¹ censualis esset ei: ita sane ut singulis annis in nativitate beate Marie aureum denarium, XII denariis Wirceburgensis monete comparatum, persolvat. Cetera vero que sunt obedientie et religionis inibi ordinande prelato de monte sancti Lamberti et fratribus eius secundum voluntatem eorum et consilium subiaceant. Decernimus ergo, ut nullus successorum nostrorum aut alia quelibet persona magna seu parva huius precepti nostri statutum infringat, sed sorores in ecclesia Locarden domino regulariter servientes, possessiones a prefatis Constantino scilicet et Giselberto sibi collatas, seu postmodum ab his, qui ad predictam ecclesiam Lorecham pertinent, conferendas perpetua stabilitate et sine alicuius contradictionis molestia omni deinceps tempore possideant. Ut autem hec pagina firma et inconcussa omni permaneat evo,

^aDie Worte *Friderici* und *Marie* sind hier und im folgenden in größerer Schrift ausgeführt.

¹Lochgarten = Louisgarde.

II

sigilli nostri impressione eam insigniri iussimus, manu quoque propria, ut infra videtur, corroborantes. Qui presentes aderant testes subnotari fecimus, quorum nomina hec sunt. Embricho, Wirzeburgensis episcopus. Walterus, Augustensis episcopus. comes Wolframmus. Craft de Sweineburch. Cûnradius de Ense. Walterus de Louenhuse et frater eius Engelhardus. Walterus de Schippa². Cûnradius Prîs. Arnoldus de Rodenburch. Heinricus de Wirceburch et Godebaldus et Adelhun.

Signum domini Cûnradi, Romanorum regis secundi. (*Monogramm.*) (*Siegel.*) Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Mogvntini archiepiscopi recognovi.

Anno dominice incarnationis MCXLIII., indictione VII., regnante Cûnrado, Romanorum rege II., anno vero regni eius VII. Data est Loreche in Christo feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das an dieser Stelle einst aufgedrückte Siegel fehlt.

²Ober- und Unterschüpf.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GA 10 Schubl. 23 II Nr. 1

Überlieferung und Textkritik:

Original; ehemals im im Fürstlich Hohenlohischen Archiv in Öhringen. Regest in der Verzeichnung der von Hohenlohe an eine kaiserl. Kommission abgegebenen Urkk. des Klosters Schäftersheim, Nr. 97, war StA Ludwigsburg B 502 Bü 2, Nr. 30, seit 2003 im StA Würzburg.

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN WIBEL: Hohenlohische Kyrchen- und Reformations-Historie: aus bewährten Urkunden und Schriften verfasst, und nebst einem Vorbericht von der Graffschaft Hohenlohe überhaupt, 4 Bde., Ansbach 1752-55, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 20, Nr. 11. Hanselmann: Diplomatischer Beweis, Bd. 1, Anh. 6, S. 368. GEBHARD MEHRING (BEARB.): Stift Lorch: Quellen zur Geschichte einer Pfarrkirche, Stuttgart 1911 (Württembergische Geschichtsquellen, 12), S. 3, Nr. 3. Ussermann: Episcopatus Wirceburgensis, Cod. prob, S. 36, Nr. 36. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, BD. 9: Die Urkunden Konrads III. und seines Sohnes Heinrich, bearb. von Friedrich Hausmann, Wien u.a. 1969. [ND München 1987], S. 202 f., Nr. 113.

Regesten:

Stumpf-Brentano: Reichskanzler, Bd. 2, Nr. 3479.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lorch

Ortsindex:

Augsburg, A
 Endsee, Steinsfeld, AN
 Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
 Kloster Lorch, Lorch, AA
 Lobenhausen Wohnplatz (2992)
 Lobenhausen, Kirchberg an der Jagst, SHA
 Louisgarde Wohnplatz (3881)
 Louisgarde, Weikersheim, TBB
 Mainz, MZ
 Oberschüpf Wohnplatz (3684)
 Oberschüpf, Boxberg, TBB
 Rothenburg ob der Tauber, AN
 Schweinberg Wohnplatz (6040)
 Schweinberg, Hardheim, MOS
 Tückelhausen, Ochsenfurt, WÜ
 Unterschüpf Wohnplatz (3693)
 Unterschüpf, Boxberg, TBB
 Würzburg, WÜ